

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0001-7

Aus d. Geisbach. Auction

N°. 59.1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0002-3

# PROLVSIO THEOLOGICA
QVA
OBSERVATIONES EXEGETICAS
PLANE NOVAS
PROPHETICO-HISTORICAS
IN
# PSALMVM CXVI.
EXHIBET,
ET SIMVL
DISPVTATIONES
IN LIBELLOS AB SE EDITOS,
NEMPE
# THEOLOGIAM PATRIARCHALEM
ET
# THEOLOGIAM HARMONICAM,
IN ILLVSTRI GYMN. VINARIENSI
INSTITVENDAS
RITE INDICIT

46.

LAVRENTIVS REINHARDVS,
S. S. THEOLOGIÆ DOCTOR ET P. P.
ECCLESIASTES IN TEMPLO METROPOLITANO, ET SOCIETATIS
LAT. JENENS. SODALIS.

VINARIÆ,
TYPIS MVMBACHIANIS, MDCCXL.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0003-9

# LECTORIBVS CANDIDIS, PATRONIS, FAVTORIBVS, AMICIS

*S. P. D.*

D. LAVRENTIVS REINHARDVS.

§. I.

Emendationem ac reformationem ſacrorum, a beato D. MART. LVTHERO divinis auſpiciis ſuſceptam, in ſacro codice prædictam fuiſſe, demonſtrarunt viri æternam gloriam adepti *D. Nic. Gürtlerus* in *ſyſtemate theologiæ propheticæ* (a), & *D. Joannes van den Honert* in *inſtitutionibus* (b) *theologiæ propheticæ*.

§. II.

Cum igitur exſiſtant *pſalmi prophetici*, & ex *parte tertia Decimarum* mearum *Exegeticarum* eluceat,

(a) Cap. 39. pag. m. 675. ſqq.
(b) Part III. cap. 6. p. m. 653. ſqq.

eluceat, ex *ſecundo* Davidis *pſalmo* totam deduci poſſe hiſtoriam ſacram (c); nuper in *oratione ſacra*, die memoriæ Reformationis ſacro in templo metropolitano ad populum habita, demonſtratum dedi (d), integrum *Pſalmum CXVI.* continere vaticinium de emendatione ſacrorum, hujusque implementum ex ſacra hiſtoria ita oſtendi, ut vaticinii veritas liquido confirmata fuerit. Hujus autem meditationis ſumma ut exteris etiam adpareat luculenter, eandem breviter ſtrictimque hic lectoribus exhibere non dubitavi.

§. III.

Integer hic Pſalmus in tres *ſectiones* commode diſpeſcitur. Sectio prima exhibet nobis 1)

(c) Hiſtoriam ſacram V. T. a Chriſto nobis exhibitam fuiſſe in parabola de operariis in vinea, hiſtoriam autem N. T. in ſeptem parabolis Matth. XIII. conſignatis, commonſtravi in *Inſtitutionibus* meis *Theologiæ Parabolicæ*.

(d) *Præloqv.* 2. Cor. VII, 4. *Exord.* Pſalm. CXLIII, 5. *Propoſitio* erat: die Glaubens-Freudigkeit der theuren Bekenner der Wahrheit zur Zeit der Reformation; welche
1. gedacht haben an die vorigen Zeiten, vor der Reformation. v. 1=7.
2. geredet haben von allen Thaten GOttes, bey der Reformation. v. 7=14.
3. gerühmet haben die Wercke ſeiner Hände, nach der Reformation. v. 14 = fin.

*Vſus* I. Religio Evangelica eſt antiqviſſima: *dictum mnemonicum* Actor. XV, 11. *Vſus II.* Religio Evang. eſt omnium præſtantiſſima: *dict. mnemon.* 1. Tim. VI, 3. 4. 5. *Vſus III.* In religione Evang. habemus pleniſſimam ſalutis noſtræ certitudinem: *dict. mnem.* 2. Tim. I, 12. coll. 2. Cor. I, 20-22.

1) Spem teſtium veritatis ante reformationem, qua ducti non dubitabant, fore, ut Deus eccleſiæ ſuæ lucem veritatis reſtituat. *com. 1. 2.*

2) Dolorem teſtium veritatis ob audaciam Pontificiorum, negantium, hominem hac in vita poſſe de ſua ſalute reddi certiſſimum (e). *commate 3. 4.*

3) Fiduciam veræ eccleſiæ collocatam in Dei

α) *Gratia*, conſervante cœtum puriorem medias inter tenebras.

β) *Juſtitia*, puniente cœleſtis doctrinæ corruptores.

γ) *Miſericordia*, illuminante aberrantes a recto tramite, *commate 5.*

4) Solatium eccleſiæ, certo credentis,

α) Deum tutaturum eſſe confeſſores ſimplicitate animi condecoratos,

β) Et cœtum purum non penitus exhauſtum iri. *commate 6.*

§. IV.

Sectio ſecunda exhibet nobis commemorationem propheticam rerum geſtarum, inde ab initio reformationis usque ad completam purioris cœtus ab eccleſia Romano-Pontificia ſeparationem. Hæ vero commemorantur

gelii

(e) De hoc eleganter diſſerit præſtantisſimus *D. Gottlibius Wernsdorfius* in diſſert. II. *de primordiis & de progreſſu emendatæ per Lutherum religionis.*

1. Cum indicio gaudii de celerrimo (f) Evangelii a *Luthero* primum adnunciati curſu. *commate 7. 8.*

2. Cum promiſſione vitæ ſanctæ, ad quam recta via ducit religio Evangelica. *commate 9.*

3. Cum recenſione earum rerum, quæ in *quinque periodis* memoria digniſſimis contigerunt. *commate 10. 11. 12.*

α) Sub electore Saxoniæ FRIDERICO III. *Sapiente*, quo regnante *nervi* (ut cum eximio *D. Mich. Foertſchio* loquar) articuli *de juſtificatione per fidem* reſtituti ſunt. הֶאֱמַנְתִּי *com. 10.*

β) Sub Electore JOANNE *conſtante* (g) qui id effecit, ut Confeſſio Auguſtana fuerit prælecta & publicata. כִּי אֲדַבֵּר *commate 10.*

γ) Sub Electore Jo. FRIDERICO *Magnanimo* (h), qui duriſſimis uſus eſt fatis אֲנִי עָנִיתִי מְאֹד *com. 10.*

δ) Poſt finem belli Smalcaldici usque ad *Transactionem Paſſauienſem. comm. 11.*

ε) Inde a Transactione Paſſauienſi usque ad *Pacem Religioſam. comm. 12.*

4. Cum ſignificatione piæ curæ, qua religionis Evangelicæ dulciſſima libertas, per pacem re-



(g) Vide *Jo. Roſini* vita Johannis Electoris, & Magnif. *D. Cypriani Hiſt. Aug. Conf.*

(h) Conf. *b. D. Caſparis Sagittarii* Hiſtoria Jo. Friderici, Electoris Saxoniæ pii, conſtantis, magnanimi, incluti.

ligioſam confirmata, cuſtodiri debeat. *com-mate 13.*

§. V.

Tertia ſectio exhibet nobis propheticam enarrationem rerum poſt reformationem geſtarum: & quidem.

1. Publicam grati animi declarationem. *commate 14*
2. Vindictam Dei in Babylonem myſticam, ad ruinam quidem vergentem, veruntamen quosdam confeſſores morti ſubjicientem. *comm. 15.*
3. Obligationem cœtus Evangelici maximam ad officia Deo ſancte præſtanda. *comm. 16.*
4. Propagationem Evangelii per libros theologicos excellentiſſimos. *comm. 17. 18.*
5. Propagationem Evangelii & in *ſcholis* Lutheranorum, quæ ſunt *atria domus Dei*, & in *eccleſiis* nomine *ſpiritualis Hieroſolymæ* deſignatis. *comm. 19.*

§. VI.

Hæc eſt ſumma meditationum mearum exegeticarum, quam candidis lectoribus haud ingratam fore confido. Certe in oſtendendo *prophetiæ implemento* tam ſollicite verſatus ſum, ut celebratiſſimorum Theologorum, *D. Val. Ern. Lœſcheri, D. Mart. Chladenii, D. Henr. Muhlii. D. Jo. Andr. Schmidii. & D. Jo. Jac. Rambachii,* canones

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0008-7

nes de textibus propheticis recte tractandis accuratiſſime obſervaverim. Propediem exhibiturus ſum *Chronologiam Apocalypſeos Joanneæ.*

## §. VIII.

Quoniam noſtrum etiam *Gymnaſium illuſtre* recte dicitur *atrium domus Jevovæ;* omni ſtudio in id incumbere conſuevi, ut Evangelica veritas in eo propagetur quam feliciſſime. Idcirco præcipui juvenes, ad altiora & ardua contendentes, meo ſub præſidio diſputationes publicas inſtituere decreverunt in *Theologiam* meam *Patriarchalem,* & in *Synopſin Theologiæ Hiſtorico-Biblico-Harmonicæ* nuper denuo a me editam. Hi ſunt

1. *Jo. Wilhelmus Knoblauch.*
2. *Jo. Theod. Aug. Reyher.*
3. *Chriſtianus Kœhler.*
4. *Jo. Chriſtoph. Adler.*
5. *Ern. Salom. Apiz.*
6. *Chriſt. Lebrecht Faſelius.*
7. *Frid. Benedictus Weber.*
8. *Carolus Chriſtianus Bœſchen.*
9. *Jo. Gottlibias Læſcher.*
10. *Adrianus Gottl. Kæſtner.*
11. *Carolus Phil. Bücking.*
12. *Sam. Gottl. Ranis.*
13. *Jo. Gottlobius Roſenberg.*
14. *Car. Wilhelmus Münzel.*

15. Jo.

15. *Jo. Caſpar. Zimmermann.*
16. *Erneſtus Frid. Vogt.*
17. *Jo. Sebaſt. Gottſchalck.*
18. *Jo. Wilhelmus Schellroth.*
19. *Jo. Fridericus Hellwig.*
20. *Frid. Wilh. Martini.*
21. *Jo. Erneſtus Buhler.*
22. *Jo. Fridericus Schæffler.*
23. *Chriſt. Godofredus Schneider.*
24. *Jo. Benedictus Scheibe.*
25. *Frid. Ern. Kreuznacher.*
26. *Jo. Laurentius Zickfeld.*
27. *Chriſt. Ludovicus Orthmann.*
28. *Gottl. Frid. Chriſt. Scheibe.*
29. *Gottlibius Hanſche.*

Fortunet DEVS O. M. fauſtosque eſſe jubeat hoſce labores, ut ingens inde commodum ad Chriſti eccleſiam redundet. Scripſi Vinariæ ad diem XII. Decembris A. R. G. M DCC XL.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0010-7

Fd 3984

ULB Halle 3
002 164 590

TA-OL

V317

Mü.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0011-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495463-p0012-9

...IO THEOLOGICA
QVA
...IONES EXEGETICAS
...LANE NOVAS
...ICO-HISTORICAS
IN
...MVM CXVI.
EXHIBET,
ET SIMVL
...VTATIONES
...OS AB SE EDITOS,
NEMPE
...OLOGIAM
...ARCHALEM
ET
...AM HARMONICAM,
...I GYMN. VINARIENSI
...TITVENDAS
...TE INDICIT
...VS REINHARDVS,
...OGIÆ DOCTOR ET P. P.
...O METROPOLITANO, ET SOCIETATIS
...ENENS. SODALIS.

VINARIÆ,
...BACHIANIS, MDCCXL.